UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Vita Et Doctrina Jesu Christi

**Avancini, Niccolò**

**Coloniae Agrippinae, 1689**

Hebdomada V. Post Epiphaniam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59970

Visual Library

dis, ſeu mali ſocii gladio occiduntur. Qu
tum his depravandis ſtudet iniquitas, ta
tum tu reducendis ſtude.

## DOMINICA V. POST EPIPH

### Cædes Innocentium.

1. M*Ittens occidit omnes pueros, qui era
in Bethlehem,* Matth. 2 Conſide
1. ſanguinariam Herodis crudelitatem. U
num vult morti datum, & omnes occid
Quò deducit unica ambitionis paſſio! in
quævis, niſi edometur. Lapſus tuos rem
mora, quos una quandoque paſſio cauſav
& tuo damno diſce eam opprimere, ne
opprimat. Nec differendum eſt, quia tem
pore adoleſcit.

2. *A bimatu, & infrà.* Ibid. Conſider
quam cautelam patrando ſceleri Herod
adhibeat Nam 1. Non ſua manu eos occid
ſed mittit miniſtros: ut ſi arguatur, exceſſu
in hos retorqueat. 2. Occidit omnes, ut ta
tò certiùs is perimatur, quem volebat.
Non tantùm in Bethlehem occidit ubi a
ceperat natum Chriſtum, ſed etiam *in omn
bus finibus ejus* 4. Non ſolùm eos, qui
tempore ſtellæ ortæ nati erant, ſed etia
qui anteà. Non patere, ut filii tenebraru
ſint cautiores ad malum patrandum, qua
tu ad declinandum. Omnem cautelam a
hibe, ne qua te pars boni prætereat, ne q
parte ſubrepat malum. 3. Co

3.Conſidera admiranda Dei conſilia, qui ipſis hominum ſceleribus utitur in bonum. Nam ut obſervat S. Chryſoſtomus hom. 9. fortè hi pueri non erant futuri boni. Ergo beneficium fuit illis mors accelerata. Deinde crudelitas ipſa divulgata Romæ ſervivit ad divulgandum Meſſiæ adventum, cultum eidē à Magis delatum. Diſce malis ad bonos tibique ſalutares, & Deo glorioſos fines uti. Magna hîc Dei imitatio: magnū tibi lucrum.

## F E R I A II.

## Monetur Joſeph de reditu ex Ægypto.

1. DEfuncto autem Herode *Matt.2.* Conſidera Herodem, qui per mortem Chriſti ſuum regnum ſtabilire volebat, per ſuam mortem eo excidiſſe. Juſtus eſt Deus. Diſſimulat peccata ad tempus, ſed tandem plectit, cùm minimè opinamur. Time, dum peccaſti, aut ne pecces, juſtitiam; qui, dum peccas, non amas bonitatem.

2 *Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph in Ægypto.* Ibid. Conſidera Dei providentiam, qui ſtatim Herodis mortem Joſepho nuntiat. quàm putas gaviſus ſit Joſeph, quòd ſui tantam curam à Deo geri animadvertit? Quàm fuerit in fiducia erga Deum firmatus. Lauda & tu Divinam providentiam. Projice cogitatū tuum in Dominum:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ei te gubernandum committe Erit illi cura de te; & videbis triſtium etiam rerum lætos eventus.

3. *Surge, & accipe puerum, & Matrem ejus, & vade in terram Iſrael.* Ibid. Terra Iſrael ampla erat. In quem ejus locum concedat Joſeph, non determinat Angelus. Fortè ut Joſeph iterum recurrat ad Deum, & de loco inquirat. Gaudet enim Deus frequentiore noſtrâ ſecum communicatione. Ideò non omnia ſimul declarat, quæ à nobis vult fieri: Da ergò hoc Deo gaudium: ſæpiùs ad eum recurre Hæc via eſt ſe cum eo magis uniendi,

## FERIA III.

### De reditu ex Ægypto.

1. *Qvi conſurgens accepit puerum, & Matrem ejus, & venit in terram Iſrael.* Matth. 2. Conſidera æquam omninò Joſephi, & B. Virginis promptitudinem ad adeundam, ac ad deſerendam Ægyptum. Nec alio titulo eſt reditus gratior, quàm quòd Deo ita placeat. Nec diſpliceret remanere diutius, etiam in ærumnis, ſi ita Deo placeret; ab hujus enim nutu cum omni indifferentia pendebant. Quæ verò tua eſt indifferentia? ad mandata es moroſus: quod potes, recuſas; quod non potes, expetis: de

bo-

bono, & malo judicas, prout tibi ſapit benè aut malè: fingis te non po''e, quod non vis: tanquam debitum petis, quod amas; tanquam injuriam accipis, ſi petenti negatur, &c.

2. *Audiens autem quod regnaret Archelaus in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illo ire.* Ibid. Conſidera nihil quidem fuiſſe: quod Joſeph timere poſſet in Judæa. Nam *mortui erant, qui quærebant animam pueri.* Habet tamen Joſeph, quod optimæ conſcientiæ habent: etiam in ſecuritate timent, ne perdant Jeſum. Eſtne & tibi hujus rei ſollicitudo? Quàm verò neceſſaria in tot periculis? Hac adempta omnia perdidiſti; imò & teipſum. Vigila, &c.

3. *Habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth.* Ibid. Non elegit ſibi Chriſtus Hieroſolymam caput Regni, & populis frequentatam; ſed Nazareth locum vilem, à quo etiam per contemptum vocatus eſt Nazaræus. Hoc eſt ingenium Chriſti, ſemper ſibi humiliora eligere. Quàm diverſum eſt tuum? Ignominiam Chriſto facis, ſi alia quæris, quàm ipſe. Tantò majorem facis Chriſtum, quantò te minorem.

# FERIA IV.

## De aſcenſu Chriſti cum parentibus in templum.

1. *IBant parentes ejus per omnes annos in Hieruſalem* Luc. 2 Conſidera piam & conſtantem hanc fuiſſe Joſephi conſuetudinem, orandi causâ ad templum aſcendere: quod quidem agebat ex lege, quâ omne maſculinum obſtringebatur. Vide quàm accuratè legem adimpleat, & quidem ex conſtante conſuetudine ſancta. Utinam ad hanc tu conſuetudinem regularis obſervantiæ pervenires. Pia conſuetudo, non eſt mera conſuetudo, ſed conſtantia. Hanc ut obtineas, quidquid agis, conſideratè age, & ad regulam reflecte. Quantus eſſes, ſi id à principio vocationis egiſſes!

2. *Ibant parentes ejus*. Conſidera non ſolùm Joſeph; ſed & B Virginem aſcendiſſe in templum, & hanc quidem nullam habuiſſe obligationem; quia lex ſolis maſculis data erat, Quia tamen erat opus bonum, qua obſequium præſtabatur Deo, ſuffecit ad illam promovendam. Nimis parcè cum Deo agit, qui nihil agit, niſi ad quod tenetur. Si Deus tecum ita ageret, quàm miſer eſſes! Ergò qui tanta à Deo merè liberaliter accipis,

redde aliqua ſupererogatoria. Feciſtine hactenus? facieſne impoſterum? quæ? quando? quo affectu?

. Conſidera, etiam Chriſtum iviſſe in comitatu parentum, tum ut legi ſatisfaceret, tum ut æternum Patrem veneraretur in domo ſua, præſcripto tempore communis venerationis. Felices parentes tanti filii comitatu! Felix tu! ſi ſemper Jeſum tecum habeas? quid ſolatii deeſſe poſſit cum Jeſu? vide cum quanto ſpiritu & fervore hic puerulus properet! Excita in te ſimilem, cùm ad Divina accedis.

# FERIA V.

## De eodem aſcenſu in templum.

1. **A**Scendentibus illis Hieroſolymam ſecundùm conſuetudinem. Luc 2. Conſidera reducem ex Ægypto Joſephum timuiſſe ire Hieroſolymam, quòd ibi regnaret Archelaus. At etiamnum regnabat. Cur modò non timet? Quia nempè hîc agitur de cultu Deo exhibendo. Túnc enim exuendus eſt timor, & forti animo, quæ Deo debes, præſtanda. Sic Deum timenti nihil eveniet mali. Dum tu ejus obſequium curabis, præſtabit ille ſecuritatem.

2. Conſidera Chriſtum anno ætatis 12. aſcendiſſe in templum, quando ſcilicet com-

communi hominum opinione ſe primùm prodere ſolet judicium; ut prima ſtatim æta- te oſtenderet, curas ſuas vergere ad obſequi- um Dei. O ſi hoc exemplum ſecutus eſſes à juventute! quàm felix eſſet tua conditio, quàm ſecurus animæ ſtatus! Dole te tam ſe- rò veniſſe. At ſaltem nunc ſeriò, & cum ma- gna reſolutione age, quod eſt ad obſequium Dei, & pone tepiditatem.

3. Contemplare agentium in templo mo- deſtiam, reverentiam, affectus, quas gratias reddant pro beneficiis & ſibi, & univer- mundo collatis: quàm fervidæ ſint prec ad impetrandas hominibus gratias congru- as? quàm gratæ Deo ſint eorum oblationes, &c. Confer tuam orantis compoſitionem corporis, collectionem animi, fervorem ſpi- ritûs, &c. Vide in quo deficias, & emen-

## FERIA VI.

### Remanet puer Jeſus in templo.

1. *Conſummatis diebus cùm redirent.* Conſidera parentes Jeſu non an- voluiſſe, quamquam potuiſſent, Nazareth domum ſuam reverti, quàm ſolemnitas an- morum, quæ ſeptem dies durabat, undiq; expleretur. Ita ad apicem ſervare voluerunt legem. Sit hoc & tuum ſtudium, in iis pr- ſertim, quæ Divina præſcribunt. Noli m-

ti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tilum Deo ſacrificium dare, aut tempori quidquam detrahere. Quod Deo detrahis, cui addis, niſi ſenſibus? volesne hoc feciſſe, cùm conſummati fuerint dies vitæ tuæ?

2. *Remanſit puer* Jesus *in Hieruſalem.* Conſidera affectum, quo Chriſtus ad Divina ferebatur: qui quantum de ſe erat, voluiſſet ſemper remanere in domo Patrs ſui, & ob hunc finem, etiam Matrem, quamquam ſibi dilectiſſimam deſerere; Dei enim obſequia omnibus ſunt præferenda. Ex quo diſcam æſtimare Divina, quæ regulis præſcripta ſunt, affectum ad ea excitare; ac potiùs iis temporis aliquid addere, ubi conceſſum eſt, quàm demere.

3. *Et non cognoverunt parentes ejus.* Quamvis Chriſtus non ignoraret abſentiam ſuam magno dolori parentibus futuram, voluit tamen ſe iis ſubtrahere; *ut oſtenderet* (ait Beda) *ſe alium patrem verùm habere in cœlis*, cui ſoli in iis, quæ operabatur ut ſalvator, erat ſubjectus, ſine carnis & ſanguinis reſpectu. Diſce quando operandum eſt juxta tuam vocationem, exuere amorem parentum & amicorum. Ignorant hi, quæ ſunt ſpiritûs, & magno ſunt impedimento. Non potes eſſe Diſcipulus Chriſti, ſi in his non oderis patrem, & matrem

Luc. 14.

# SABBATHO.

## Amiſſum Filium requirunt parente

1. E *Xiſtimantes illum eſſe in comitat* *venerunt iter diei* Mirum videri pote quomodo Mater potuerit à filio ſejungi, q tantoperè amabat. Suſtinuit tamen id, qu crederet alios Divina ejus præſentia frui, ipſum eos morum ſuavitate ad ſe attraxi Ita ut ſerviretur aliis, libenter caruit eo, q ſummè delectabatur. Appende hic tu charitatem, Quàm pauca, quàm illiben incommoda pateris alterius cauſa? At ut ſe vias proximo, etiam aliquando Deus eſt linquendus.

2. *Requirebant eum inter cognatos.* Q diligentia? quo mœrore? qua ſimul reſig tione? quia non ignorabant eum Deum e & nihil non benè agere. quibus ad Deu quibus ad Jeſum ſuſpiriis? Itane tu perdit Jeſum requiris? Sed tamen non reperieb inter cognatos. Diſce non inveniri Deu imò perdi potiùs inter cognatos, inter a ctus ſanguinis, & ſenſuum, inter ſolatia micorum. Diſſipant iſta, non colligunt a ctum in Deum. Huic tantum detrahis, qu tum illis adjicis.

3. *Et non invenientes regreſſi ſunt J ruſalem.* Conſidera qui fuerint regredi

ti

tium ſenſus; doloris quidem, unionis tamen cum Divina voluntate, quod non ignorarent hoc altiſſimo conſilio factum, ut majora ſui accenderet deſideria, & merendi daret occaſionem: ſpei interim eum iterum reperiendi. Diſce, quod Deus faciem ſuam ſubtrahat etiam iis, quos unicè diligit. Si ſe tibi ſubduxit, vade Hieruſalem, conſtitue te in interna pace: quære eum iiſdem affectibus.

## DOMIN. VI. POST EPIPHAN.

### Invenitur in templo inter Doctores.

1. *INvenerunt illum in templo* Luc 2. Credibile eſt eos non uſpiam alibi quæſiiſſe Hieroſolymis Jeſum, quàm in templo. Arguebant enim eum ibi eſſe, ubi ſciebant ejus affectus verſari. Diſce ergò Jeſum in templo quærere, hoc eſt, in oratione. *Non invenitur* enim *in terra ſuaviter viventium*: non *in lectulo* deliciarum carnis: non *in vicis & plateis* diſtractionum mundi. Imò hic potiùs perditur. Ne ergò te in afflictionibus tuis ad creaturas, ſed ad orationem, & internam animi recollectionem converte. Ibi Jeſum invenies.

2 *Sedentem in medio Doctorum, audientem, & interrogantem*. Ibid. En iterum ubi Chriſtus invenitur: Inter Doctores. Nemo